Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cum a Stilpone ſermones quoſdam dialecticos interrogatus extēplo nequiſſet exoluere. a rege icrepitus cronuſq; i iurgio uocatus conuiuium deſeruit: egreſſuſq; librum de ea ppoſitione conſcripſit: uitamq; mœrore finiuit: eſt in ipſum noſtrum epigramma in hunc modum.

Crone diodore quis dolore dæmonum.
Te corripuit in tartarum ut te ieceris.
Stilponis haud ſoluens enigmaticos uerſus.
Cronus es repertus extra .p. &.κ. certe.

Fluxit & ab Euclide Ichthyas metalli filius uir illuſtris: ad quē Diogenes Cynicus dialogum ſcripſit. Clinomachus item thurius qui primus de proloquiis & prædicamentis & cæteris huiuſmodi ſcripſit: & Stilpo megarenſis clariſſimus philoſophus de quo nunc dicendum eſt.

Stilpo megarenſis.

STilpo megarenſis eius oppidi quod i græcia ē audiuit quoſdam ex Euclidis familia. Alii ipſius euclidis auditorem tradunt: Thraſymachi etiā corinthii illius q ichthyæ familiaris erat: ut ait heraclides: In tm̄ uero & īuentione & eloquētia & ſapientia præceſſit alios: ut paꝝ abfuerit quin omnis græcia in illū intenta in Megara tranſiſſe diceret. De eo philippus megaricus ita ferme retulit a Theophraſto qdē Metrodorus illum ſpeculationis ſtudioſum & timagoram geloum auulſit: Ab ariſtotele āt Cyrenaico clitarchū & ſimmam: porro a dialecticis pæonium qdem ab Ariſtide: diphilum aūt bóſporianum euphanti & myrmecem exæneti filium: q ad ſe arguendum uenerant utroſq; ſui ſtudioſos habuit. præter hos itaq; phraſidemum peripateticū phyſicūq; peritiſſimum ad ſe adtraxit: alcimumq; oratorem omnium q in græcia tum florebant i arte oratoria eminentiſſimum. Cratéque inſup & cōplures alios in ſua retia iduxit: phœnicēq; zenonē i ſuū adiutoriū ſubductū aliis cū cæteris admiſit. Erat pterea maxie ciuilis: ac pter uxorē quā duxerat: nicarete ēt pellice utebat: ut honetor ait: filiāq; paꝝ pudicam genuit: quā duxit Simias Syracuſanus neceſſarius ſuus. Hæc dū laſciuius uiueret: Stilponiq; a quodā renūciatū eſſet eā ſibi pbro eē: n̄ inqt iſta maiori mihi pbro ē quā ego illi ornamēto. ſuſcepit hūc honorifice ut aiunt & ptolemæus Soter cū megara ipſius urbē uictor obtinuiſſet: ac tradita ſibi pecūia oraret ut i ægyptum ſecū nauigaret. Tum ille pecuniæ modicum ſuſcepit eamq; pfectionem renuens in æginam contendit: quoad ille remearet. Demetrius quoq; antigoni filius: cū cœpiſſet megara domum illi reſeruari cunctamq; direptam ſubſtantiam reſtitui curauit. Vbi cum ea quæ amiſerat ut in ſcriptis ſibi traderet moneret: nihil ille ſuum ſe perdidiſſe reſpondit: qppe doctrinam & eruditionem ſibi ademiſſe neminem: reliquamq; ſibi eſſe & eloquentiam & diſciplinam: atq; illum erga mortales beneficientiæ admonuit tanta orationis ui: ut rex illius iam ſtudioſus prorſus auditor fieret. Aiunt illum ita quendam de phidiæ minerua cōpellaſſe. Num inqt Minerua iouis filia deus ē: